Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses argumenti obstetricii

https://hdl.handle.net/1874/291545

THESES ARGUMENTI OBSTETRICII.

THESES
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IACOBI ISAACI DOEDES,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

HENRICUS BALTHASAR KAUFMAN,

Roterodamensis.

MEDICINAE DOCTOR,

A. D. XXII M. DECEMBRIS, A. MDCCCLXIV, HORA VII DIMIDIATA

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA.

Traiecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLXIV.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Ipse foetus causa proxima est partus.

II.

Contractiones uteri contractionibus cordis comparandae sunt.

III.

In magna totius corporis debilitate nequaquam uteri contractiones semper debiles sunt.

IV.

Abortum provocare interdum licet.

V.

Febris lactea, quam vocant, non exstat.

VI.

Non datur rheumatismus uteri.

VII.

In spasmo uteri chloroformylum admodum salutare.

VIII.

Non raro difficillimum est dignoscere, utrum rhachitis an osteomalacia causa sit pelvis deformitatis.

IX.

Anchylosis symphysis sacro-iliacae in pelvi oblique-coarctata aut congenita est, aut acquisita. Ipsa anchylosis semper inflammationis sequela est.

X.

Causa haemorrhagiae ex placenta praevia quaerenda est in evolutione segmenti inferioris uteri.

XI.

In placenta praevia contusio placentae, a doct. Pfeiffer commendata, nonnunquam utilis est.

XII.

Scanzonii opinio de placentae praeviae origine mihi maxime probabilis videtur.

XIII.

In haemorrhagia durante partu venaesectio tanquam remedium haemostaticum damnanda.

XIV.

Partus praematurus in primiparis raro provocandus est.

XV.

Ad partum arte praematurum provocandum non

tantum exacta pelvis cognitio requiritur, sed etiam magnitudinis capitis totiusque corporis foetus ratio habenda est.

XVI.

Male agunt obstetricatores, qui omnem partum diuturniorem et difficiliorem forcipe absolvere volunt

XVII.

In versione foetus instituenda positio mulieris, quae *à la vache* vocatur, rejicienda est.

XVIII.

Symphyseotomia rejicienda est.

XIX.

Inversus uterus ante placentae remotionem reponendus.